



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De ætate contrahentium. D

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

li, vbi videtur innui præter voluntatem Dominorū inter seruum & ancillam non posse contrahi coniugium, vel si contrahitur non esse ratum. Quibusdam tamen videtur inter eos posse fieri coniugium Dominis ignorantibus.

In Tiburt.

concl. ibid.

6. Perlatum.

De viro, qui se facit seruum vt dimitatur ab vxore.
 Illud etiam notandum, quod si mulier virum liberum acceperit, & ille vt causam præstet diuidij se alicuius seruum fecerit, nec ille vxorē dimittere, nec illa ob vinculum coniugii in seruitutem redigi poterit. Vnde illud, Perlatum est ad sancti synodum, quod quidam ingenuus ingentiam accepit vxorem, & post filiorum procreatione occasione diuorrij, cuiusdā seruum se fecerit. Vt & mulierē necessario tenere debeat, & si reuertatur an illa etiam seruituti subijci debeat questum. Iudicatum est vxorem minime debere dimittere, tamen ob Christi legem mulierem in seruitutem redigi, dum ille non ex consensu coniugis se seruum fecerit, quē liberum ipsa maritum acceperat.

De aetate contrahentium.

Hoc etiam sciendū est, quod pueri ante xii. annos & puellæ ante xij. annos secundum leges matrimonium inire nequeunt. Quod si ante prædicta tempora copulam inierint separari possunt, quæuis voluntate & assensu parentum iuncti fuerint. Qui vero in pueritia copulati post annos pubertatis nolunt se relinquere, sed in coniunctione permanere, iam ex hoc efficiuntur coniuges, & deinceps nequeunt separari. Item, Sponsalia antequam annuennium contrahi non possunt. Solo n. conueniuntur, qui interuenire non potest, nisi alterutra parte intelligatur quod inter eos agitur. Duo illa executi sumus cum aliorum quorundam adiectione, quibus coniugium solui potest, nec tamen solui semper necesse est. Nūc de illis, quæ perfonas illegitimas penitus faciunt, addendum & primum de ordinē

*30. q. 2. cap.
Sponsalia.*